Potestas quam habent ministri Ecclesie, praincipiū sa. Ex C.R. de cedoles, habent plurima nomina: scilicet: habet, & pax. p. num. 56. Cipue quartu. Primum est character. Secundum potestas Ex de Sac. ordinis. Tertium potestas iurisdictionis. Quartum clavis or. n.34. scientie, & potestatis.

Differunt inter se? Resp. Differunt, omnes enim ordines (eff. 14. habent characterem, & potestatem sui Ordinis. Omnes sa. cap. 7. & cedoles habent characterem, & potestatem Ordinis sa. c. 15. ex loco cedotalis, & claves scientie, & potestatis; sed non omnes eis sunt, habent iurisdictionis.

potestas Ordini sacerdotalis differet a clavibus scientie & potestatis? Resp. Dicitur, quia claves dicunt potestatem ligandi, & solvendi, & ideo in Ordine ad fidiles conferantur: potestas autem Ordinis dicit tum potestatem elevacionis, tum etiam illam potestatem, que directe ad corpus Christi verum est ordinata.

Clavis, & potestas distinguuntur? Respond. Non, sed

P. L.

232 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

C.R. de p. idem sunt, si de potestate ligandi, & solvendi intelligatur.
Num. 44. Clavis enim non est a iud. quia potestas celum aperiendi, quod sit per remissionem peccatorum.

2. p. q. u. 17. Quo sunt claves? scilicet una scientia, alia potestatis.
a. 3. sup. ib. Sunt duae, an una potestatis? Resp. una tantum, quia

C.R. de p. ad unum effectum, & secundum ordinantur.

44. 3. p. q. Quis est iste finis, vel effectus? Resp. Aperire celum, & a peccatis homines liberare.

17. ar. 3. Quare duas sunt claves, si finis, & effectus unus est?
Iustitia. Resp. ad hunc finem obviendum duo actus in sacerdotio sunt necessarii: unus est, ut examinet an iste, vel ille dignus sit, ut absoluatur: alter est, ut vere & efficaciter illum absoluat.

Ibidem. Quare est necessarium facere ista duo? Resp. Quia potestas ligandi, & solvendi requirit, ut videatur, an quis debet ligari, vel absolu: hoc autem requirit discisionem causa, & examen rei, sicut faciunt judices omnes: ideo prius oportet per clavem scientiam examinare, postea per clavem potestatis judicare; quia sic iudicium iustum & rectum erit.

4. p. q. 37. Omnes sacerdotes habent vitramque clavem? Resp. omnes omnino.

ar. 3. sup. 3. Quomodo indocti habent clavem scientiam? Resp. aliud est habere clavem scientiam, aliud est habere scientiam: omnes sacerdotes habent clavem scientiam, sed non omnes scientiam.

Ibidem. Quomodo quis potest habere clavem scientiam, & non scientiam? Resp. Clavis scientiae non est aliud quam potestas examinandi reum, & causam illius: potest autem esse, quod aliquis habeat potestatem examinandi reum, & non habeat scientiam, veluti index indoctus; & aliquis habeat scientiam, & non potestatem, veluti perlona privata qua huius rei perita sit: & idem de sacerdote dici potest.

De usu clavium. Num. 13.

8. p. 14. 2. 7. Quidlibet sacerdos habet viam clavium? Resp. Quilibet sacerdos habet claves, sed non quilibet habet viam illarum. 3. p. q. 20. art. 1. sup.

Ibidem. Quid est vii clavibus? Respond. Est actu absolvere, vel ligare.

De Sacramento Ordinis. 233

Quid requiritur ad hoc ut sacerdos possit vii clavibus? Resp. ut habeat subditos sibi, sicutem in foro conscientiae.

Quomodo fideles efficiuntur subditi sacerdoti? Resp. Sec. 14. c. 7. ait Concilium, per iuridictum ordinariam, vel subdelegatum.

De iurisdictione, iusque diri possit, ac necessitate.

Num. 4.

Iurisdictio est necessaria ad hoc, ut sacerdos clavibus vii Ibidem. possit? Resp. osmindo.

Quid est iurisdictio? Resp. est facultas dicendi ius aliqui, id est, definitivum, & judicialiter determinandi an fecerit rem justam.

In quos habetur haec iurisdictio? Resp. Tantum in subditos, ait Concilium.

Quoniam est iurisdictio? Resp. Duplex, ordinaria & subdelegata.

Quid est ordinaria? Resp. Est potestas jam dicta, cum facultate illam alteri communicandi.

Qui habet haec ordinariam? Resp. Papa in omnes Ibidem. fidèles, & in toto orbe: Episcopos in sua Diocesis, & in sibos diocesanos: Parochus in Ecclesia, & in Parochiis nos.

Quid est iurisdictio delegata? Resp. est illa, qua data est ab Ordinario habente facultatem illam subdelegandi.

Qui possunt subdelegare? Resp. Papa indistincte: Episcopus iuxta suam iurisdictionem: Parochus in illos tantum qui ab Ordinario suam approbati, & circa subditos sibi.

Qui habent haec delegatam iurisdictionem? Resp. Religiosi ab Ordinario approbati ad confessiones, & alii, qui ab Ordinario legitime illam acceperunt.

Omnis ordinis ordinantur ad has claves, & ad hanc potestatem? Resp. ita est, quia omnes ministri ordinantur ad hoc, ut sicut sacerdotes, vel ut serviant sacerdoti in ministerio quod ipse principaliter agit: & ideo in singulis Ordinibus imprimatur character, qui est spiritualis potestas ordinaria ad summum ministerium, & ad summam potestatem, que in sacerdote reperitur.

De singulis Ordinibus in particulari. Cap. 2.

Tracitandum est de singulis ordinibus in particulari?
Resp. Necesse est, & Catechismus hoc ita facit.

Quid debet de singulis confederari? Resp. primum de nomine. Secundum de materia. Tertiù de forma. Quartù de effectu. Quintù de officio, seu fine. Sextù de obligationibus, si que sunt. Septimò de ritibus, qui in conferendo, & suscipiendo ordine adhiberi solent.

De prima Tonsura.

Ex C. R.

Num. 13.

Ibidem.

ibidem.

ibidem.

Num. 14.

Num. 15.

Num. 14.

ibidem.

ibidem.

Quid significat prima Tonsura? Resp. Tonsura dicitur quasi Tonsio; capilli enim condentur in illa: dicitur vero prima, quia ante omnes Ordines prima confertur solet.

Prima Tonsura estne Ordo? Resp. non sed preparatio ad ordines.

Quomodo appellatur qui suscepit illam? Resp. Clericus, quia accipit in formam, & hereditatem suam Dominum, ut est à tali nomine significatum.

Quis est finis prime tonsuræ? Respond. Primum deportare Clericum ad cultum divinum, & numerare illum in formam Domini. Secundò disponere, & preparare illum ad Ordines.

Quis primum instituit Tonsuram? Resp. ait Cat. Apostoli, ut habeat ex Dionysio Areopagita, D. Aug. & D. Hieron. Et primus omnium S. Petrus dicitur illum iustituisse in memori coronæ spinae impositam capiti Christi.

Quenam est materia? Resp. Propriè non haberemus, sed loco materie sunt capilli, qui condentur.

Quare condentur capilli? Resp. Ad significandum, quod sicut capilli, qui sunt pars corporis supervacanea, condentur, ita anima Clerici debet contempnere res externas, & esse vacua curia humanis.

Quenam est forma? Resp. Loco formæ est figura circularis ad modum coronaæ.

Quid significat species Coronæ? Resp. Primum spicem coronam capiti Christi impositam, ut Clericis significetur, ipsos semper debere speciem, & figuram Christi gerere ante se. Secundò dicitur ad illa significari regiam di-

gnitatem, quæ clero convenire videtur. Tertius dicitur etiam significare perfectionem virtutis quæ electio convenit figura enim circulatis perf. etissima est.

Hec corona debet esse in omnibus ordinibus Num. 19. sequente latè? Resp. Non, sed altior ordo maiorem illam debet habere.

Supercilium, quod Clerici gerunt, quid significat? Resp. Virtutem, & perfectionem qua in Clerico esse debet. Albedo enim significat puritatem. Extensio, & amplitudo illius, dilationem charitatis, & boni odoris. Quod vero alii vestibus superponantur, significat clericum debere superpellicium majori perfectione.

Quid significat longa vellus vloque ad pedes? Resp. perfectionem maiorem vite.

Quid significat bireuum in modum crucis? Resp. Crucem Christi, & mortificationem carnis ad illud destinandum.

De ordine Ostiarius.

A quo defumitur nomen Ostiarii? Resp. Ab ostio, Num. 15. A quod debet custodiri ab Ostiario.

Quenam est materia Ostiarius? Resp. Claves, quæ ibidem ex aliis ab Episcopo accepit, ut significetur sub illis clavis custodiri ea, quæ pertinent ad altare.

Quæ forma? Resp. Ita verba: SIC AGE QVASI ibidem DEO REDDITVR RATIONEM PRO HIS REBUS, QM
HIS CLAVIBVS REGDVNTVR.

Quis instituit hunc ordinem? Resp. Christus, ut aliqui dicunt, quando ejusde templo ementes, & vendentes, & alii dicunt in ultima cena.

Quod est monus illius? Resp. ait Catech.

Primum Templi claves, & januam custodiare, id est, aperte. Ibidem rite, necnon custodire illum postquam aperte est, denum claudere illum; & ad hoc pertinet pulsare campanas, ut filii intelligent, quando in Ecclesiam accedant.

Secundò adiuta templi acctere eos, quibus ingredi inter. Ibidem dictum est: tales autem sunt infideles, heretici, excommunicati, & interdicti.

Tertiù, ad fundum etiam Missæ sacrificium, ait Catech. Ibidem assistere curates, ne quis proprius, quām per eis, ad sacra aram accederet, & sacerdotem tem divinam faciem interpellaret; & iuxta hos debet ejicere canes de

236 Pars I. Doct. Conc. & Cat.

Ecclesia, cohibet strepitus, & clamores, & omnia quæ celebrantur impedimento sunt.

Ibidem. Quādū ait Cat. Officium Thesaurarij ad Ostiariatum pertinet, quod est siccum custodem sacraij.

Quātuo igitur ad hoc officium pertinet, Prīmō custodia sacraij. Secundō pulsatio campanarum. Tertiō custodia ostij Ecclesie. Quādū cūta vī in Ecclesia omnia decenter se habeant.

Num. 34. Quis est eff. clus huius Ordinis? Resp. Prīmus est character, seu porcīs, tale ministerium exercēndi. Secundus gratia, id est, qualitas divina, qua dīgā possit alia ministeria exercere.

Ex C.n.15. Qui ritus levantur in collatione Ostiariatus? Resp. & exp. Prīmo claves accepuntur ab altari ratione iam dicta de materia. Secundō Episcopus admetet. Ordinandum quod sit eius officium, ut tanta admonitione exigitur diligenter agat manus suam. Tertiō Episcopus dat claves, & dicit verba, quibus confert potestatem. Quartū ordinandos accipit, & tangit claves: debet autem tangere manu dextra, ut ostendat se accipere munus prompte, & fortiter exequendum. Quintū per Archidiaconum ducitur ad aperturas foras, & campanas pulsandas, ut incipiatur exequi officium suum.

De Ordine Lectoriae.

Ex n.16. **A** quo delimitur nomen Lectoris? Resp. ab officio, id est, à lectio.

Ex D. Th. Quāmodo Lectoratus est gradus maior Ostiariatus? *3. p. 9. 17.* Resp. Ostiariatus procurat reverentiam corporalem, & ex art. 2. *sup.* artiorem sacrificij Missæ; Lectoratus vero spiritualem, quod maius est.

Quae est materia? Resp. Liber, in quo sunt ea, quæ ad hanc functionem pertinent.

Quae forma? Resp. Ille verba. **A**CCIPE, ET ESTO VER-
BIS DEI RELATOR, HABITVRVS, SI FIDELITER, ET
VTLITER, IMPLVERIS OFICIVM, PARTEM CVM
HIS QVI VERBVM DEI MINISTRARVNT AB INITIO.

Lucus 4. Quando Christus instituit? Resp. Aliqui dicunt in vīri-
ma Cena, alii vero cū accepit librum Ilātū, & legit, &
clausit, & dedit ministro.

Quod est officium? Resp. ex Catech. Prīmō libros novi,

De Sacramento Ordinis. 237

& veteris Testamenti clara voce, & distincta recitate, præcipue quæ inter nocturnam psalmodiam legi solent. Se-
condō prima rudimenta christiane religionis fidibus tra-
dere. Tertiō ex Pontificali benedicere panem, & fructus
novos, sed non est in vī. Quādū ex eodem, exemplo, &
moribus ad dicere.

Quāmodo ille ordo ad sacrificium Missæ deservit? *Ex D. T.*
Resp. Quia lectio excitat ad devotionem. *vbi sup.*

De Exorcista.

A quo delimitur nomen Exorcista? Resp. Ab officio, *Ex n.17.*
Id est, exorcismo, & adiutorio diabolis. *Ex D. Th.*
Exercitatu.

Quare exorcista est gradus alterius Lectore? Resp. Prīmo *vbi sup.*
Lector exercet munus suum præcipue in Catechumenos; *id est*, non instructos in fide; Exorcista vero in fideles. Se-
condō, illi tantum legit verbum Dei, iste authoritative, &
cum potestate invocat, quod maius est. Tertiō ille tan-
tum docet, iste potestatem exercet. Quādū quia exerce-
zando, & dæmones ejicendo, quasi confirmat doctrinam à
Lectori recitata, id est alterius gradus est.

Quando Christus instituit? Resp. Quando ejicit dæmons. *Num. 17.*
nec, & Apostolis dedit hanc potestatem. *Ibidem.*

Quae materia? Resp. Liber exorcismorum.

Quae forma? Resp. hac: **A**ccipe, & commenda memo-
ria, & habe potestatem manus imponeendi super ener-
guinos, sive baptizatos, sive catechumenos.

Quod officium? Resp. ait Cat. Invocare nomen Domini *Ibidem.*
in eos, qui ab immunitis spiritibus obdidentur, qui energi-
menti appellantur. Secundō, ait Pontificale, esse, dicens his
qui non communicant, ut recedant; sed modo non est in
vī. Tertiō, idem ait, esse aquam in ministerio fundere,
sed neque est in vī.

Quae vita exorcista? Resp. ex Pontificali. Prīmō expellere
ab anima, & corpore suo omnem immunitatem, sicut dæ-
mones expellit ab aliis. Secundō impetrare vīcis ne immi-
tus aliquid sui iuris in moribus valeat vindicare, & vīme-
lius impetrare diabolo, cūm eius multitudinem nequitiam
superavit.

De Acolyta.

Quod nomen habet hic Ordo? Resp. Duo, dicitur Aco-
lytus, & Cerofarius, & videntur idem significare.

238 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

Num. 15. Quando Christus instituit hunc ordinem? Resp. Aliqui dicunt, vel in ultima cena, vel quando dixit, *Ego sum lux mundi.*

Ibidem. Quae est materia? Resp. Duplex, nempe Candelabrum cum cero extincto, & vrecois vocatis.

Ex D. T. ut supra. Quare tradidit duplex materia? Resp. Ad significandam duplēcēm potestatēm: una est in corpus Christi mysticum, & significatur per candelabrum: alia in corpus Christi verum, & denotatur per vrecois.

Quare tradidit vrecois vacois, & ceras extictas? Resp. Ad significandum eius officium, esse accendere ceruum, & implete vrecois.

Num. 18. Quid primum tradidit, candelabrum, an vrecoi? Resp. Candelabrum.

Ibidem. Quae est forma? Respond. In traditione candelabri Episcopus ita dicit, *Acepsice ceralerarum cum cero, & scius te ad ascendenda Ecclesie luminaria mancipari in nomine Domini. Cum vero tradit vrecois, dicit, Acepsice vrecois ad suggerendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi, in nomine Domini.*

Ibidem. Quando imprimitur character? Resp. Potissimum in traditione vrecois, qui tunc tradit potestas in ordine ad corpus Christi verum, quod maius est.

Quod est eius officium? Resp. Primum parat materiam necessariam ad Eucharistiam in vasis non facis. Secundum Subdiaconos, & Diaconos in altaris ministerio affectari, eisque operam dare. Tertius defert lumina, & assertare cum Missa sacrificium celebratur, præcipue vero cum Evangelium legitur, quod sic ut excitem fideles ad reverentiam doctrinae Christi.

Ibidem. Qui ritus servatur? Resp. ait Cat. Primum Episcopus diligenter admonet ordinandos officii sui. Secundum tradit candelabrum. Tertio vrecois, modo jam dicto.

Hic ordo est major iam dicti? Resp. est, quia datus potestas in materiam pro Eucharistia confiencia.

De Subdiaconatu.

Num. 19. Quid significat Subdiaconi? Resp. significat quod officium huius ordinis est in Subdiacono.

Ibidem. Quod est officium Subdiaconi? Resp. ait Cat. Primum Diacono ad Altare inservire: Secundum facta linea, vala,

De Sacramento Ordin. 239

panem, & vinum ad sacrificij viam necessaria parare. Tertiū Episcopo, & sacerdoti aquam praebere, cum manus in Missa sacrificium abluant. Quartū Episcopalem in Missa legere. Quintū tanquam testem ad sacram affilere, prohibereque ne sacerdos facta faciens à quopiam perturbari possit. Sextiū ad eum etiam spectat in processionibus erucem deferre.

Quando Christus instituit? Resp. In ultima cena, ut aliqui dicunt, quando ibi preparavit materiam Eucharisticam.

Quae est materia? Resp. Altera liber Epistolarum, altera **Ibidem.** calix cum patena.

Quando imprimitur character? Resp. In traditione calicis.

Quae est forma? Respond. verba prolatā ab Episcopo, ut dicitur.

Subdiaconi quo onera, vel obligationes subeunt? Resp. duo, onus dicendi officium, & votum castitatis.

De ritibus in collatione huius Ordinis.

Q. Vi ritus servatur in collatione huius Ordinis? Resp. Ex Cat. Multi, & maximè notandi.

Primum examinantur quoad scientiam, & requisita, cum magna diligentia.

Secundū datur illis titulus, vel patrimonij, vel beneficii, vel pauperatis, vel religiosis, quod sufficiat ad illorum sustentationem: quod ideo fit ut habeantur unde vivant, poliant sine cura & sollicitudine circa viculum, semper Deo vacante, cui in hoc Ordine mancipantur.

Tertius paratur cum alba, que significat puritatem vestit: & cum cingulo, qui significat respectum carnis: & cum amictu, qui significat fortitudinem ad divina officia exequenda, cui mancipantur. Hunc amictum non ponunt super caput.

Quarto Episcopus admonet ordinandos, ut attentè cogitent onus, quod per hunc Ordinem appetunt, nempe suū: quod se ponunt in statu in quo teneant servare castitatem, & quod se reddunt inhabiles ad Matrimonium contrahendum. Secundū quod obligant se ad perpetuū Deo servendum, & præcipue ad Canonicas horas recitandas. Tertius quod se expoñant, ut in Ecclesiæ ministerio ser-

3. p. q. 11.
sup.

240 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

per sunt mancipati. Et ideo Episcopus dat tempus cogitandi, si cum talibus oneribus Ordinem suscipere volunt.

Quintus post hoc prosterunt ut ordinandi maioribus ordinibus, & tanquam mortui decumbunt, ut ostendatur quod moriuntur mundo, vt Deo resurgant, & vivant.

Sexto dura decumbunt, sunt preces à Clero, & Episcopo super illos, & dicuntur Litaniae, vt eligantur isti ministri à Deo per Sanctorum intercessionem.

Septimus surgunt, & tunc Episcopus longa oratione admonet illos de officio ipsorum recte pertagendo.

Octavus Episcopus dat calicem cum patena, & Archidiaconi dat (ut intelligatur Subdiaconum) Diaconi officio subseruit.) vices aqua, & vino plenos, una cum lebete, & limculo, quo manus absterguntur: Et Episcopus dicit, Videz cujusmodi ministerium vobis traditur; ideo ut admoneo ut ita vos exhibeatis, ut Deo placere possitis.

Non adduntr aliae preces, & Episcopus petit illis donum Spiritus sancti.

Nono Episcopus amictum imponit super caput, dicens significare castigationem vocis.

Decimus dat Manipulum, dicens significare fructum honorum opem.

Vndeclimus imponit Tunicellam, dicens significare tunicam iustitiae.

Denuo tradit librum Epistolarum, dicens: Accipe librum Epistolarum, & habe portatorem legendi eum in Ecclesia sancta Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis.

De Ordine Diaconatus.

Num. 2. **Q**uid significat hoc nomen, Diaconus? Resp. Idem quod minister; et enim minister sacerdotis.

Diaconus est dignus Subdiacono? Resp. Car. sit quod eius ministerium latius pater, sanctissime semper habendum est quam sit Subdiaconi: Subdiaconus enim Diaconi servit.

Quod est officium Diaconi? Resp. Multiplex: Primum à Episcopum: Secundum à Sacerdotem: Tertium in sacrificium Missie: Quartus in bona Ecclesiastica: Quintum in populum, in Catechumenos, & ordinandos.

Qua ratione se habet hoc illius munus? Resp. Ex Catechismo, vt infra,

De Sacramento Ordin.

241

Primo ad eum pertinet Episcopum perpetuū sequi, concionantem custodes, eique & sacerdoti sacra facienti, vel alia Sacramenta administranti, praeterea esse, & in Missa sacrificio Evangelium legere.

Secundum olim fidelium animos saepius excitabat, ut sacra attenderent.

Tertio sanguinem ministrabat, ubi erat consuetudo communicandi sub utraque specie.

Quarto Diacono Ecclesiasticorum honorum dispensatio communia erat, ut vniuersaque ad victimam necessaria subministraret.

Quinto ad Diaconum pertinet, tanquam Episcopi ocylum, per vestigare quinam in rebe pię & religiosę, quique fecus vitam traducant, qui ad sacrificium, & concionem statim temporibus convenient, qui rufus non convenient, & de his certiori facete Episcopum, ut statuat quid sit faciendum.

Sexto Catechumenorum nomina recitate debet, & eos qui Ordinis sacramento initiandi sunt, ante Episcopum statuere.

Septimus licet ei, si absit Episcopus, & sacerdos, Evangelium explanare; nos tamen ē superiori loco, ut intelligatur hoc eius proprium munus non esse.

Hec omnia, sit Catechismus, ad Diaconi officium pertinent, præcipue autem que primo, & ultimo loco notata sunt, ad illum pertinente dicantur.

Quemam est materia hujus Ordinis? Resp. Liber Evangeliorum.

Quae forma? Resp. ista verba, Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis, in nomine Domini.

Quae sunt onera Diaconi? Resp. Eadem, que subdiaconi, semper servandi castitatem, & recitandi officium.

De ritibus in collatione hujus Ordinis.

Qui situs servantur in collatione hujus Ordinis? Resp. Num. tr. Sequentes.

Primum facta litera docent in Diacono requiri præcipuas Ex pont. virtutes, vt scribit D. Paulus ad Timotheum.

Secundum Diaconus se induit, prosternit, &c. vt de Sub. Num. 1.

242 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

diacono dictum est.

Tertius Episcopus pluribus, & sanctioribus precibus ad Diaconi quam ad subdiaconi ordinationem virum, & peculiates ad illum facit monitiones.

Ex Pont. Quartus velles illi particulares dantur, Scola, & Dalmatica.

Num. 21. Quintus Episcopus super eum manus imponit, quod solum est ab Apostolis, cum primos Diaconos inserviunt.

De Sacerdotio.

Quid tractandum est de sacerdotio? Resp. Primum de nomine, secundum de duplice sacerdotio, interno, & externo. Tertiis de necessitate sacerdotii externi. Quartus de officio seu functionibus ipsius. Quinto de consecratione eiusdem. Sexto de dignitate sacerdotis. Septimum de gradibus quos habet ordo sacerdotalis: & ista omnia à Catechismo pertractantur.

Num. 22. Quae sunt nomina sacerdotis? Resp. primum dicitur Presbyter, quod Graecē est senior, non tantum ratione aetatis, sed ob morum gravitatem, prudentiam, & doctrinam. Secundum dicitur sacerdos, ob triplicem causam, nempe quia Deo sacerdos est; & quia sacra dat, id est sacramenta administrat; & quia tractat res sacras, & divinas.

Quotuplex est sacerdotium? Resp. duplex, unum internum, quod potest dici privatum, & talis sacerdotium, si Catech. habent omnes fideles, qui baptizati sunt, principiū iusti, qui viva membra sunt Christi summi sacerdotis: fideles enim & iusti dicuntur sacerdotes, quia in altari mentis sua spirituales Deo hostias immolant, quales hostiae sunt omnes bona, & honeste actiones, que ad Dei gloriam referuntur, & de hoc sacerdotio sapientia Scriptura loquuntur, ut est apud Catechismus, & alios.

Num. 24. Aliud est externum, & publicum: & hoc solum est sacramentum; internum enim Sacramentum non est.

Estne necessarium dari sacerdotium externum? Resp. Concilium Tridentinum ait, quia cum in legi nova debet sacrificium externum & visibile, necesse etiam est dari tale sacerdotium.

Num. 25. Quae sunt functiones, & quod officium sacerdotis? Resp. Primum consecrare, offere, & administrare faciat.

De Sacramento Ordinis. 243

Eucharistiam. Secundum esse mediatores & interlocutores inter Deum, & homines. Tertius docere populum legem Dei. Quartus ministrare illi sacramenta.

Quomodo sit consecratio sacerdotis? Resp. Tali modo. *Num. 23.*

Primum per examen requiri scientia, & probitas moralis, iuxta dignitatem gradus.

Secundum ordinandas vestitus alba, amictus, & cingulo, se prostrans, &c. ut de Subdiacono dictum est.

Tertius Episcopus, cùm sacerdotem vult consecrare, *Ex Pont.* ipse cum omnibus sacerdotibus qui adiungunt, manus impunit.

Quarto solam humeris aptans, eam ante pedes in crucem formam componit, ad significandū indut virtute ex alto, quo posuit crucem Christi Domini, & ingtonit suave divine legis perfette, eamque non verbis solum, sed vita sanctissime, & honestissime acta exemplis tradere.

Quinto manus factio oleo ung.

Sexto tradit materialis Ordinis, id est Calicem cum vino, *Ibidem.* & Patenam cum Hostia.

Septimum eodem tempore profert verba formae, quae sunt: *Ibidem.* *Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo. Missa que celebrandi, tam pro vivis, quam pro defunctis.* Quibus verbis ait Cat. Interpres ac mediator Dei, & hominum institutus, quae praincipia sacerdotis functio est existimanda.

Ottavò iterum manibus eius capitū impositis, Episcopus *Ibidem.* ait, *Accipe Spiritum sanctum: Quorum remiseris peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis reventur sunt.*

Quibus verbis celestem illam, quam Dominus Discipulis suis dedit peccata retinendi, ac remittendi potestatem tribuit.

De dignitate, potestate, & gradibus sacerdotium.

Quæ potestas datur sacerdoti eius consecratione? Resp. *Num. 34.* Datur plena, & perfecta potestas, sicut Cat. in ordine ad faciem Eucharistiam, ita ut simplex sacerdos habeat omnem potestatem conficiendi corpus Christi, & illud Deo patri offrendi. Datur etiam illi gratia, qua dignè possit talem sibi traditionem exercere potestatem.

Quarta est dignitas sacerdotis? Resp. ait Catechismus, *Num. 24.*

244 Pars I. Doct. Conc. & Cat.

maxima est illius nobilitas & excellētia, ita ut non solum
Ihm Angeli, sed etiam Dī appellentur, quia Dei immor-
talis vim, & nūmen apud sc̄ipios tenet. Potissimum autem
sacerdotes nove legis carēt omnibus honore an-
tēcellant, quia sc̄ipio & potestas illorum talis ac tanta est,
ut humanam quoque rationem, argē intelligentiam su-
perent, nedum ei aliquid par, & simile in terribus inveniri
querat.

Num. 61.

Quo sunt gradus in Ordine sacerdotali? Resp. Cat. ait:
Quia tamen vnu est ordo sacerdotalis, vario tamē di-
gnitatis, & potestatis gradus habet.

Ibidem.

Primus est corū, qui sacerdotes simpliciter vocantur,
quorum functiones jam declaratae sunt.

Ibidem.

Secundus est Episcoporum, qui singulis Episcopatibus
præpositi sunt, ne non solum ceteros Ecclesie ministros,
sed fidem populum regant, & corum saluti summa cum
vigilantia, & cura prospiciant. De his Episcopis ait C.T.
eos esse presbyteris superiores, & habere potestatem fa-
ciendi, que illi facere non pollunt, nempe conferendis
sacramentum Confirmationis, & Ordinis. D. etiam Thair,
ad illos tantum pertinere, Virgines benedicere, basilicas
dedicare, Clericos deponere. Synodos celebrare, Christina
confutare, Vester benedicere sacerdotiales, Vasa confec-
tare, idē sunt presbyteris superiores.

Ibidem.

Tertius gradus est Archiepiscoporum, qui pluribus
Episcopis præsumt, qui Metropolitaniani etiam vocantur,
quod illarum virium Antistites sunt, quæ tanquam ma-
tres habent illius Provinciæ: quare superiorem quam
Episcopi, locum, & amphorem potestatem habent, tamen
ab Episcopis ordinatione nil differunt.

Num. 27.

Quartus gradus est Patriarcharum, si dicti quia sunt
primi supremique Pates, qui olim in tota Ecclesia præter
sumnum Romanum Pontificem, quatuor tantum erant,
non tamē dignitate pares: Primum locum obtinebat
Constantinopolitanus: Secundum Alexandrinus: Tertiū
Antiochenus: Quartum Hierosolymitanus.

Num. 18.

Præter hos omnes (ait Catechismus) Catholicæ Eccle-
siae Romanum Pontificem Maximum, quem in Ephesina
Synodo Cyrillus Alexandrinus Archiepiscoporum rotis
Oribis terrarum Patrem, & Patriarcham appellat, semper
venerata est; & reddens rationem ait: Cum enim in Petri

Apolo

De Sacramento Ordinis. 245

Apostolorum principis cathedra sedat, in qua usque ad
finem sedisse constat, summum in eo dignitatem gradum, &
iurisdictionis amplitudinem, non quidem illis Synodis
aut aliis humanis constitutionibus, sed divinitus datam
agnoscit, & concludendo ait: Quoniam fidelium &
Episcoporum, exteriusque Antistitum, quocumque illi
manere, & portestate predici sunt, pater, ac moderator uni-
versali Ecclesiæ, ut Petri successor, Christique Domini
vetus & legitimus Vicarius in terribus praesidet. Et idē
summus, & maximus omnium sacerdotum hic gradus
est.

De usu, & susceptione sacramenti Ordinis.

Cap. III.

E xpeditne ita utrū de viu Sacramenti Ordinis: Resp. *Se. 24. 1. 7.*
C. Conc. Trid. præcipit, ut sit.

Quid circa hunc viuum, vel susceptionem debemus con-
siderare? Resp. quatuor causas, matriciam, formam, effi-
cientem, & finem hujus susceptionis.

Quenam sunt iste cause? Resp. materia sunt suscipien-
tes, forma preparatio, & modus fulciriendi; efficiens est
electio, vel promocio, quæ sit à superiori; finis est recta
intentione percepientis.

De suscipientibus sacramentum Ordinis. *Num. 2.*

Aliqui debent excludi à susceptione hujus Sacra- *Num. 33.*
menti: Resp. debent.

Quinam sunt? Resp. Illi qui si quuntur, quibus Ordini-
nes conferri non d-ber, sed si conferuntur, potestatem, &
claretrem accipiunt.

Primo pueri, furiosi, & amentibus, quod viu rationis *Ibidem.*
caetare, hoc Sacramentum dandum non est.

Secondo non debet dari illis, qui non habent legi- *Ibidem.*
mam æatem à Conc. Trid. definitam.

Tertiis, servi non sunt promovendi, quia dedecet supra
populum constitueri, & divino cultui dedicari, qui servus
aliorum est.

Quarto vii sanguinum, & homicidæ, quia irregulares *Ibidem.*
sunt, nec debent admitti.

Quinto spuri, & qui ex legitimi nuptiis non sunt pro-*Ibidem.*
creantes, repelluntur, vt tales enim contemptui esse possunt.

Sexto illi insigni corporis virtutis deformes, aut mani *Ibidem.*
sunt, excludantur, quia illa ferocitas tum dedecet, tum fa-

Q

246 Pars I. Doctr. Conc. & Cat.

carum functionum administrationem impedit.

Qualis prematio ad Ordines requiratur. Num. 3.

Num. 3. **I**bide*m*. **V**iam recte promoventur ad Ordines : Resp. illi tantum, qui à Deo vocati sunt.

Quare hoc? Resp. quis Deus ita dicit, *nemo nisi assumas honorem, sed qui vocatus à Deo, sanguinum Aaron.*

Quomodo potest sciri, quod aliquis à Deo vocatus sit? Religat Catech. scitur quia illi dicitur vocans à Deo, qui à legitimis Ecclesiæ ministris vocatus est: Secundò, quia ad ordinem recte sine, & intentione accedit.

De triplici fine malo in promovendo. Num. 4.

Num. 4. **I**bide*m*. **V**is finis in promovendo potest esse malus: Resp.

Catech. ait, triplicem finem esse malum.

Primus est cum quis accedit ad ordinem eo consilio, ut quæ ad victimam, vestimentaque necessaria sunt, patet; ita ut præter quantum nihil aliud in sacerdotio quam videatur.

Non licet, ut qui servit altari, de altari patet vivant. Resp. ait Catech. licet, sed quæstus, & lucri causa ad altare accedere, maximum sacrilegium est.

Quis est secundus malus finis? Resp. Honorum cupidas, & ambitione, id est, cum per sacerdotium queritur honor.

Quis tertius malus finis? Resp. ait esse, si quis ut divitiis affatur, iniuriari ad ordinem velit, & signum afferre eius, si quis nihil de ordine cogitet, nisi opulentum ei aliquod beneficium offeratur.

Istī errores sunt diligenter explicandi, & redargendi? Resp. Sunt, quia ut ait Catech. hoc tempore gravissim in haec re fidei peccare solent.

Num. 3. **S**i quis cum tali fine accedit ad Ordines, recipietne potestare? Resp. recipiet, sed illam sanguinum sur & latro turpissime dicendos est.

Quid debet dicere ministris sic ordinatis, & à prava intentione non recedentibus? Resp. Catech. ait: Hoc generis hominum nihil infelicius, ac miserius: nihil Ecclesiæ Dei calamitosus esse potest.

Num. 4. **Q**uare sunt miseri, & infelices? Resp. ait Catechismus, quia ipsi nihil amplius ex sacerdotio conseqvuntur, quia iudas ex apostolatus munere, quod illi scripturam expositio attulit.

De Sacramento Ordinis. 247

Quomodo nihil est Ecclesiæ Dei calamitus? Resp. ait Catech. quia horum turpitudine & improbitatis sacerdotioris ordinis magnas cenebras offundit, ita ut iam nihil ferè à fidelis populo habeti posse contemptus, & abiecius: ex quo poena infinita mala sequuntur.

De recto fine, qui debet haberi à promovendo.

Num. 5.

Quis est rectus finis, quem debet habere promovendus? Resp. ait Catechismus: Illi per ostium in Ecclesiæ introitio meriti dicuntur, quia à Deo legitimè vocati Ecclesiastica munera ejus unius rei causa fulcipient, **I**bide*m*, ut Dei honori intercedant, & subdit hoc etiam intelligi communi quadam, sed speciali ratione, nempe ut alicui certi Ecclesiæ ministerio addicet, in sanctitate, & justitia illi serviant.

De requisitis in promovendo, seu de preparatione.

Num. 6.

Veram preparatio requiritur in promovendo, ad N. 3. & 4. **H**oc ut recte Ordinem suscipiat? Relpond. Primò debet esse vocatus à Deo, id est, electus à legitimo Ecclesiæ ministro, hoc in Domino expedire iudicante.

Secondò debet carere vitiis, & impedimentis, que ordinum susceptionem impediunt. **N**um. 33. C. T. 6. 25.

Tertiò debet habere tractem, & alia requisita à Conciliis, & facris canonibus. **C. R. n. 4.**

Ouartiò debet habere intentionem rectam, ut dignum est. Catech. hoc esse præcipuum indicat.

Quintiò debet ordinandus diligenter studere, ut ante susceptionem sacri ordinis, iuxta consuetudinem Ecclesiæ diligenter conscientiam suam purget. **I**bide*m*. **N**um. 32. **S**esquiò debet habere scientiam, & motum ordinandi debet magno pectore commendari.

Sextiò debet habere requisitam scientiam, **D**e scientia qua requiritur in ordinandis. **N**um. 7.

Queram scientia requiritur in ordinandis? Resp. requiritur ex Concil. Trid. ea que dicitur.

Initandi ad primam tonsuram debent esse electi rudimenta fidei, id est, doctrinam Christianam scire legere, & scribere. Ita statuit Concil. Trid.

Q. 2

Sif. 24.4.1. Promovendi ad minores Ordines factem Latinam lin.
Ibid. c. 13. quam, ait Conc. intelligere debent.

Recepturi ordinem Subdiaconatus, vel Diaconatus, ait
Conc. debent esse instructi literis, & iis, que ad Ordinem
exercendum pertinent.

Num. 32. Quidam scientiam in sacerdotem requisitum, Catech. ait:
In sacerdote non solum ea cognitio requirenda est, quae
ad sacramentorum vium, & tractationem pertinet; sed
etiam sacrarum literarum scientia ita instruunt esse
oportet, ut populo christiane fidei mystica, & divina le-
gis praecepta tradere, ad virtutem, & pietatem excitate, à
viciis revocare fiducie possit. Et post panca ait: Quamvis
sequitur ab omnibus sacerdotibus summa reconditiorum
rum scientia non exigatur, sed quae ad suscepiti officii, &
ministerij functionem uniuersique satis esse possit.

Cur ordinationes habeantur tempore jejunii.

Num. 8.

Num. 30.

Quare tantummodo in quatuor Temporibus ordinis
Resp. ait Catech. factum esse ut populus fidelis ieiuniis,
necon p[ro]pis, & fandi's precationibus à Deo impetrat mi-
nistros, qui ad tanti ministerij potestatē recte, & cum
Ecclesie utilitate gerendam aptiores esse videantur.

De sufficientia eorum que dicta sunt.

Num. 9.

Possentem alia tractari de sacramento Ordinis, pre-
ter ea que dicta sunt: Resp. possent; sed ista esse po-
tiora capita, & sufficiunt ad hoc, vt Pastores habent ar-
gumenta docendi populum fidem, & in Christians ple-
tate erudiendi, quantum pertinet ad hoc sacramentum.

DOCTRINA SACRI CONCILII Trid. & Catech. Rom.

De Sacramento Matrimonii.

De necessitate, & utilitate huini Doctrinæ.



A R O C H I debent hortati fideles ad Ma- *Num. 1.*
trimonia contrahenda? Resp. Ait Catech.
deberent opere, ut fideles perfectam vi-
tam sequerentur, qua[ntum] est in celibatu; sed
quia non omnes hanc perfectionem ca-
pitent possunt, debent tradere doctrinam de sacramento
Matrimonii.

Hec doctrina est utilis, & necessaria? *Resp. est.*

Quibus? Respond. Primo, Parochis, & Confessariis, *Ibidem.*
qui debent vel ministri hoc sacramentum, vel judicare
de his, que difficultissima contingunt circa ipsum. Secundo
fidelibus, qui ad hoc sacramentum accedere debent, pra-
cipue cum vius illius sit quotidianus, & frequens.

Hec doctrina quam utilitatem potest affere fidelibus?
Resp. ait Catech. magna, & multa commoda ad Christianam
societatem pervenient, si fideles matrimonii sancti-
tatem cognitam habent, & inviolatam servarent: contra
verba ignorata, vel neglecta, plurimas, maximaque ca-
lamitates, & detimentia in Ecclesiam importari.

Quando debet tradiri? *Resp. ait Conc.* quando hoc sacra-*Sej. 24.4.7.*
mentum debet administrari.

Divisio Tractationis.

In quo capita potest dividi ista tractatio? *Resp. Catech.*
dividit in capita sequentia.
Primum, de natura matrimonii.

Q;